



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Gratiæ Deo semper agendaë, tam in aduersis quam prosperis quomodo  
sint. Cap. XLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

*Gratiæ Deo semper agenda, tam in aduersis, quàm prosperis, quomodo sint.*

CA PVT. XLIX.

Gratiæ vti  
Deo semper  
agenda sint

**I**Nter quæcunque tibi occurrentia, siue læta sint, siue aduersa, semper assuecas, æque Deo gratias agere. Vtraque enim de corde eius paterno, æmantissimo ac fidelissimo, procedunt. Quotiescunque igitur tibi quippiam mittitur, aut datur boni, quotiescunque beneficium aut ab homine, aut per hominem recipis, mox ante omnia Deo gratias agas, quia ille est, qui vt hoc reciperes, ordinauit. Si etiam triste, aut molestum quid venturum instat, nihilo secius gratias age Deo, quia salutem tuam querit, ideo expecta & de manu eius illud suscipe libenter. Age gratias Deo non minus pro ijs donis, quæ alteri contulit, quam pro ijs quæ tibi impartitus est. Et quæ tibi contulit dona Deus, non propterea tantum vt tibi, sed vt etiam alijs profis, ea intellige tibi collata. Quicquid enim tibi contulit, alijs simul collatum scito, quia quæ contulit tibi, in tuum & aliorum vsum contulit. Libenter igitur communa quicquid ad proximi vtilitatem potes. Simili modo studet quoque aliorum bonis participare, gratulando, fauendo, pro illis Deo gratias agendo, instructionem, subsidium, & prouocationem ad meliora, à proximo recipiendo. Pro quacunque re, quam à Deo acceperis (licet per homines) gratias age Deo, quamuis hæc minima videatur: reuera tamen haudquaquam est parua, vtpote à tanto Domino (qui tui recordatus, hanc tibi misit) donata.

Dona nostra  
proximis  
libenter  
communi-  
canda.

Nihil paruum  
existiman-  
dum quod  
Deo nobis  
donatur.

Quandocunque igitur rem aliquam acceperis, dic in corde tuo: Ecce hoc misit mihi Dominus meus, imperator cæli, rex angelorum, Iesus meus dulcissimus. Vide tu nunc ingrata bestia, quantum te diligit Deus, quamuis vilem miseramque creaturam, & ingratisimum peccatorem. Heu me miserum, quomodo tua Deus gratuita pietate mihi benefacit, qui offensus à meretricis, qui damnare me potius debuit quam consolari. O quam multum ingratus es beneficij Dei. Ecce ventus & pluuia, & tempestas foris, ecce gelu, nix & frigus, quomodo pauperes neque habentes hospitium, neque victum, neque vestitum in his omnibus affliguntur, & tibi donauit Deus sedere & quiescere in cella tua, vbi nihil illorum te tangere inquietareve possit, esque sine cura, solitudine & timore, manens in tuo loco, & de tua præbenda semper certus, vt nihil tibi deficiat. Oh redi sæpe ad cor, & vide quantum sit discrimen inter te & omnes alios homines, quantumque tu præ omnibus alijs Deum offenderis, & solus à Deo nihil vti quam boni merueris, & tamen omnipotens Deus ex gratuita sua bonitate, postquam te ex peccatis & inferno liberauit, & infinites retraxit, non tibi grauem imposuit pœnitentiam, sed in hoc loco & statu animæ tuæ custodiam, & corpori tuo omnem sufficientiam, plus quam habere potuisses iuxta seculum viuens, benignissime prouidit, omnemque indigentiam & curam à te abstulit. Oh ingratus, time, quia recepisti beneficia & dona plura, melioraque ad salutandam animam tuam, quam aliquis hominum in seculo viuens (generatim loquendo) accepit: & positus es hoc in statu, atque in hoc viuendi genere, quod

Ingratitudo  
quam sit re-  
ligiosis de-  
actanda.

præ omnibus statibus mundi te magis reddit expeditum ad seruiendum Deo. Tu habes in ordine Carthusiano vitam, tum eremiticam, tum Carthusien-  
 coro videlicet, & vtraque ita à Spiritu sancto temperatam, vt quæ in vtraque sis ordo tam  
 esse possunt vita periculo, sint tibi adempta, quæ profectui & perfectioni ser- anachoreti-  
 uant vtrique coaceruata. Solitudo namque ea quæ Carthusiana est, omni ca- cam quam  
 ret indiscretione omnique periculo, propterea, quod professoribus huius iuxta canonicam  
 obedientiam & Prælatorum regimen, non prorsus suo arbitratu viuere liceat. exerceat vic-  
 Deinde, quod ita non sunt soli, quin auxilio, ministerio, obsequio ve, vbi necesse solitudo.  
 fuerit gaudeant oportuno. Est tamen solitudo eorum reuera anachoretica, Carthusiana  
 tamque propter silentium perfecta, vt si volueris, in ea non aliter atque in se- quam sit dis-  
 cretissimis habitibus penetrabilibus absconditus. Quid enim officit, an multi pecculo.  
 civis que in solitudine tecum habitent? Quid inquam refert, an prorsus sis so-  
 litarius tu vnus, an tecum multi? Quid denique solitudini detrahatur additur-  
 ve, siue in nemore, siue in claustro solus habites, modo solus & in silentio perse-  
 ueres? Itaque solitudo hæc, ad quam vocatus es, Carthusiana, non inferior, Obsecratio.  
 tuor que est, quam priscorum illorum anachoritarum, (si tamen) quod dixi (tu  
 ipsi, sicut illi, ad hoc vt sis solus laboraueris). Illos enim oportebat sibi coque-  
 re, omere, vendere, & reliqua huiusmodi alia curare, à quibus omnibus sola  
 gratia Dei es gratia præseruatus. Si igitur ingratus, superbus, negligensque  
 fueris inuentus, grauius sane profundiusque ijs qui hanc gratiam non recepe-  
 runt, in infernum demergeris. Ecce testimonium hic habes contra teipsum, &  
 ignorantiam iuxta quam iudicaberis, si superbe aut male vixeris. O misericor-  
 diissime Iesu, quoniam tua misericordissima bonitate sola, me de inferni faucibus extraxi-  
 sti, yipote peccatis iam, absorptum, obsecro te per omnia vulnera tua, perque cunctas  
 miserationes tuas, aufer à me omnem superbiam, malitiam & negligentiam, vt post-  
 hac ne in modico quidem te offendam, præsertim sciens aut sponte: sed omne tempus  
 vna meæ, omnesque vires anime ac corporis mei, fac non solum bene, sed iuxta bene-  
 placitissimam tuam voluntatem, in tui laudem honoremque expendam. Da mihi quo-  
 que vt dilectissimam matrem tuam, Virginem sanctissimam Mariam, dominam ac ma-  
 trem meam misericordissimam seruentissimo, castissimoque amore, pure ac simplici  
 corde diligam, eidem quoque reuerentier, deuote,  
 humillime, fidelissimeque  
 seruiam.

(\*)

II 2

Bea-